

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvcvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6. De Conceptu Entis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

TOMI III. IAMA MUNIMONI TRACT. VI

hoc enim tanquam quoddam accidens, in re hac F suscipendum est. Nihil enim minus analogice idem sunt sepius, & spina, vnum non habentia nomen, quam si vnum nomen haberent, nec magis idem essent, si vnum nomen haberent, & tamen si communis nomine ossa vocarentur, ita quod de fectu vocabulorum, vel rerum proportionali similitudine ossis nomen ad cetera extensum esset, crederemus, eisdem esse naturae, & rationis ossa, & spinas, &c. Præsertim quia (ut dictum fuit) ad ea, que sunt proportionaliter eadem consequuntur passiones, tanquam si eorum esset natura una.

Caudendum tertio est, ne vocalis unitas rationis analogi nominis, mentem reuoluat. Ex eo namque (verbi gratia) quod principium, dicitur esse id ex quo res sit aut est, aut cognoscitur, & haec ratio in omnibus, quæ principia dicuntur, salvatur. Principio nomen vniuersum redditur. Erratur autem, quia ratio ipsa non est una simpliciter, sed proportione, & voce: vocabula enim ex quibus integratur, analogia sunt, ut patet: neque enim fieri neque esse, neque cognosci, neque ly, & vniuerso omnino est rationis, sed proportionalis. Et propterea ratio illa in omnibus, ut pote proportionalis salvatur, sicut & principij nouen proportionaliter commune dicitur.

Caudendum demum est, ne diversa doctorum dicta de analogia, nos perturbent. Considerandum quippe est, quod quia analogum medium inter aquiuosum, & vniuersum est, & medium extremorum naturam sapientiam, ad alterum comparatum, alterum induit, adeo ut quodammodo secundum id quod de uno extremo habet, utimur illius extremi conditiones ei attribuamus (ut in quinto Phys. text. com. 6. & 52. patet) i deo plerumque doctores ventes analogia ex parte unitatis, quæ ex vniuersis participat, vniuersorum non solum conditiones (puta abstractionem, &c.) sed etiam nomen ei attribuunt: unitates vero analogia ex parte diuersitatis, quam ex aquiuocis trahit, conditiones quoque supradictis oppositas, & nomen illi imponunt aquiuoci. Et ut de multis pauca dicantur, Arist. in 12. Meta. text. 4. ens & verum vniuersa vocat, quia ex parte idem est illis unitum, ut processus suus aperte ostendit. S. Tho. quoque plures dicit in rōne alicuius analogi (puta paternitatis cōs diuinæ, & humanæ paternitati) omnia contenta esse in diuina, & indistincta, & quod paternitas (verbi gratia) abstrahit à paternitate humana, & diuina, quia unitum analogia ex parte identitatis. Nec tamen falsè sunt aut abusiva prædicta locutiones, & similes, sed ample potius & large, quemadmodum pallidum nigro contrarium est, & dicitur. Salvatur siquidem in analogis identitas nominis, & rationis, in qua (ut ex dictis patet) non solum analogata, sed etiam singulæ analogi rationes vniuentur, & quodammodo confunduntur, ut pote abstrahentes aliquiliter ab eis diuersitate. Aristot. rursus in primo Phys. ex parte diuersitatis ente tens contra Parmenidem, multiplex seu aquiuosum (ut ipsemet illum tex. sic exponentum specialiter in 2. Elenchorum tradit) vocavit, unde & Porphyrius Arist. dicere ens esse ad aquiuosum accepisse videtur, viens ente ex parte diuersitatis. Quod tamen Sco. in 1. distin. 3. q. 3. in Logica Arist. non inueniri ideo dixit, quia prædictos tex. non coniungavit. Propter quod ibidem quoque contra texum glossavit principium Arist. contra Permenidem in primo Physic. tex. 13. ut in Elenchis (ut dictum est) clare patet. Sanctus Thomas etiam ens prius non esse primo analogato, nihilq; Deo prius

secundum intellectum esse dicit pluries utens analogo ex parte diuersitatis rationum. Quelibet si quidem eius ratio secundum se, quia propriū analogati in se claudit, & in sua abstractione illud secundum trahens cum illo convertitur (ut supra diximus) ideo prior secundum consequentiam, aut abstractionis suo analogato negatur: ac per hoc primo analogato, & Deo nihil est prius, quia eius ratio secundum analogi nomen, quæ ipso prior est in se non est, sed convertitur, ceteris prior rationib. Cum his ramen stat, quod ratio illa in Deo, ut eadem est proportionaliter alteri rationi, secundum idem nomen superior, secundum consequentiam prior logice loquendo, sit, ut ex dictis patet. Dico autem logice, quia physice loquendo analogum, nec est prius secundum consequentiam omnibus analogatis (quia ab eorum propriis abstrahere non potest: quāvis ut salvatur in uno sit prius altero) nec potest esse sine primo analogato, ubi analogata cōsequenter se habent. Unde si quis falli non vult, solletere sermonis causam conjectet, & extremorum conditions medio applicatarum se recolat, sic enim facile erit omnia sane exponere, & veritatem assequi quæ a prima est veritatis. Cuius cognitione ex hoc exalteatur, & firmetur opusculo, completo in conuentu S. Apollinaris, Papie suburbio, die primo Septemboris, 1498.

H Præclarissimus reverendissimi Domini, Domini Thomæ de Vio, Caetani, Cardinalis S. Xysti, de nominum analogia tractatus explicit.

TRACTATVS SEXTVS.  
De conceptu entis.

Responsio super aliqua quæsta de conceptu entis ad R. Fratrem Franciscum de Ferraria, Magistrum Studiorum in conuentu Bononien.

**A** Mantissime Pater, ex acceptis vestre solicitudinis literis percepit libellum nostrum de analogia nominum vos perlegisse, duoque dubia de conceptu entis mentem vestram tenere solviique à me familiariter flagitatis. Ego autem quā primū compleui expositionem librorū de anima (cuius fini incumbebam, cum yefras recepi) responderem curau, ne præclaro ingenio tuo decessem.

Primum igitur dubium fuit ad hominem me ipsum. L quia in commentariis de ente, & essentiā, sūstincto vnum conceptum mentalem repræsentatum est, & in tractatu de analogia nominum videtur hoc negare.

Secundum autem est ad D. Tho. quoniam ego in præfato libello sustineo analogum non absolutum ab his, quibus analogum dicitur, & D. Tho. in q. de Veri. q. 1. art. 1. ens habere conceptum vnuū simplicem, ad quem omnia prædicamenta, & transcedentia addunt, in quem reloluntur, qui est primus motus. Hac enim inveniēm sibi adulerari videntur: quandoquidem si ens absolui non potest à naturis rerum non erit simplicissimus, nec primo notus, nec in quem ultimum resolutio fiat, & ad quem omnes addunt.

Ad evidētiā horum, & specialiter primi recolito, quod quicquid est imago alicuius similis alteri, et imago illius quatenus primo assimilatur: ac per hoc omnis conceptus creaturæ est conceptus Dei, sicut oīs creaturae aliqua est similitudo Dei. Hinc ergo sit, quod cum vnuū proportionalitate, ut

sic habeat singula membra similia proportionaliter, oportet quod habeat et unum conceptum mentalem representatiuum illius viuis proportionabiliter. Nec huius oppositum teneo in tractatu de Analogia nominis, sed conceptus iste vnius numero in mente est esse representatiuum, nec representat vnam solum naturam, sed ultra vnam quam determinate representat (a qua est impressus) representant implicite ceteras similes illi primo representate. Nam id, in quo proportionabiliter eis similis est idem enim est iudicium de familiaritudine rerum inter se, & conceptus mentalis, & rerum. Quemadmodum enim offis natura similis est naturae spinae in subtiliendo carnes animalium (in quo analogantur) ita conceptus mentalis offis, ut sustinet carnis, est similis offis, & spinae, sed offis determinate, spinae autem implicite, sicut est ipsum os non est simile spinae determinate, sed quatenus spina sustinet carnes, sicut ipsum os. Hic est primus modus, quo analogum habet vnum conceptum mentale, ac per hoc ens, cum analogum sit, vnum pacto habet conceptum in mente in reb. impressum. Alter autem modus super ipsius intellectus opere, quo natus adunata, dividere fundatur, & est tunc conceptus similis vnius numero in mente, representans analogum quidem determinate, nullum autem eorum, quae fundat analogiam explicite. Contingit autem hoc, cum intelligens mentalem conceptum quem paulo ante diximus, expoliat ab illa determinata natura, quam representabat, & loco illius naturae concipit pronomen aliquod referens naturas fundantes analogiam indeterminate. v.g. sic conceptus offis est os sustinet carnes intelligens loco offis, ponat, quod, & dicatur quod sustinet carnes, tunc enim manifeste representatur analogum explicite, implicite autem tantum naturae fundantes analogiam. Est autem inter hos duos conceptus non solum dicta ex radicibus differentia, sed est quia primus ad quid rei spectat analogi, secundus autem ad quid nominis neuter tamen perfecte representat analogum. De quo si perfecto, seu adequarem explicite conceptu analogi interpretandum est, cu[m] a me, vel ab alio scripto inuenitur, quod non potest analogum, vnum numero mentalem conceptum habere, sed vnum analogiam. Et quoniam conceptus mentales sunt imagines rerum representatarum (nisi sunt fictiti) quemadmodum in mente conceptus adequarem analogi non est vnius, sed exigit representationem omium fundantium analogiam, ita significatus analogi adaequatus, & perfectum non potest sic abstrahiri, ut obiciatur, representetur, aut concipiatur absque fundantibus rebus. Et sicut in mente duplex conceptus imperfectus reperitur, ita res significata, extra portum obiecti duplieiter imperfecte. scilicet vel in uno explicite, in quo cetera obiectiuntur indeterminate, nullo explicite, sed omnia implicite, in solo formalissimo significato explicite.

Nec praedicta contrariantur doctrina S. Tho. ens enim primorum ordine generationis est secundum conceptum imperfectum ordine aut distincte cognitio eius est enim conceptum perfectum. Ens quoque habere conceptum simplicissimum, consonat dictis, quoniam cum simplicitas compositioni opponatur, & vnum analogia non sit vnum compositione aliqua, non habet ens ex hoc, quod analogorum compositionem admixtam. Et ut exercitatione resolutionis monstretur, si substantiam in ens vis resoluere, si in conceptum distinctum entis resolutione queratur, resolueretur in ipsam naturam substantiae quatenus esse fundatur, quod est simplicissimum cui, & addit-

A ipsa substantia, & addunt transcedentia. Et si in conceptum confusum, quod est resoluens, per se est simplicissimum cui, & addit ipsa substantia, & addunt transcedentia. Et si conceptum constitutum, quod est resoluens, per se est simplicissimum, cui est predicta addunt. Sed occasio errandi multis est, quia in resolutione distincta querunt resoluerre in vnum analogia sicut constitutum resoluere in vnum unitacione. Ita quoniam querunt in analogia iussi in vnum numero terminum, sicut in vniuersitatis, cum tamen terminus in analogia sit vnum proportionabiliter ipsum. Ita quod & singula resolubilia resoluntur in conceptus simplices obiectus, & mentales, & omnia in conceptu obiectuum, & mentalem simplicem, & vnum proportionabiliter, ita quod (ut vno verbo rem absoluam (ens esse primo notum in quod fit omnis resolutio, in quod omnia addunt per modum analogi, interpretandum est, cu[m] quoniam stare potest, quod ens est perfectum adaequatum que conceptum non abstrahit a naturis praedicalib[us], sicut nec aliquod analogum a fundantibus analogiam. In hoc pender tota vis claritatis rei huius, ut super animaduertat secundum analogorum morem hec dici. Plura nunc non mihi occurruunt ad propositum dicenda, mox prolixior fui acutissimo ingenio tuo, quo ex vno verbo cocepisti omnia. Bene vale, & pro me orare digneris. Romae die 27. Februarij, 1519.

### T R A C T A T V S S E P T I M U S Solutionum quorundam locorum sibi iniunctum adueriantium, in commentariis Sancti Thomae contentorum.

A D F R A T R E M I A C O B V M  
Cretionis Scotum, lectorem Theologiae.

**P**etitionibus tuis, fili charissime, deesse noscens, ad proposita duo dubia responderem curauim. Proponis primo dissonantiam dictorum nostrorum inter se, dum in Comment. 1. par. art. 1. q. 12. diximus creaturam rationalem, ut ordinata ad felicitatem, & non absolute, naturaliter appetere visionem Dei in se: articulatum primo. q. 8. 2. respondendo quartu[m] argu. Scotti diximus, quod ad naturaliter volendum finem ultimum in particulari, non sufficit indubietas, quoniam haec est in quolibet fideli, sed exigitur evidenter, que solum conuenit Beatis.

E Proponis secundo ambiguatem circa quandam glossam nostram in eisdem comment. q. 47. arti. 3. ad tertium ubi dicente textu, Non est possibile esse aliam terram, quam istam glossauimus, ly possibile, sumi pro possibili sumpto ex potentia indita rebus creatis, secundum quam diximus, impossibile est mortuus resurgere, & non pro possibili secundum potentiam actiua Dei, neque pro possibili logico. Vnde enim tibi, quod de possibili logico sit sermo, propter materiam subiectam, de qua ibi disputatur, & hoc propter tria.

Primo, quia propositio illa procedens, Mundus constat ex tota sua materia, sumpta ex philosopho, aut intelligi de totalitate individuali, & hoc non, quia quodlibet individuum perfectum isto modo constat ex sua materia. Aut de totalitate specifica, & sic oportet intelligi de impossibili absolute quoniam implacet contradictione habere totam materiam speciei, & non habere aliquam partem, quae esset extra illud.

Secundo, quia idem dicitur iudicium de tertia,

Opusc. Caiet. X 3 & de